GVLIELMI

MAYNERII

I. V. D. ERVDITISSIMI, CONSILIARIIQVE REGII,

Commentaria in titulum Pandectarum, de REGVLIS IVRIS, *Legum candidatis nedum vtilia, verùm nodis ſententiarum in ſpecie contrariarum, quæ minus exercitis offendiculo eſſe ſolent, diſſoluendis, propemodum neceſſaria.*

Cum Indice rerum ac verborum locupletiſsimo.

Num. 46.
T.
Num.

LVGDVNI.

APVD BARTHOLOM. VINCENTIVM.

M. D. LXXI.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

ANTONII FABRI STEPHANICI,

IN PROVINCIAE SENATV PROCVRATORIS, DE ORIGINE ET GENEALOGIA MAYNERIORVM AD LECTOREM EPODION ELEGIACVM.

Vnde ſuum proles Mayneria protulit ortum,
Cerne, quod vrbs iſti Parthenopeia dedit.
Fructifer ille locus multos (dixere vetuſti)
Altiloquos genuit cum pietate viros.
Quos tandem bellum deiecit protinus vrbe,
In varias partes ſparſit, vbiq; furens.
Inter quos claram ſobolem demiſit ad acres
Gallos: Mayneriam regia celſa capit.
Regia Biturigum genuit póſt iure diſertum
Guillelmum, calamus nunc reticebit auos.
Ædibus in ſacris mons quorũ lemmata clarus
Bituris æuigeræ nobilitatis habent.
Is licet ex claro duxiſſet ſtemmate nomen:
Muſæ Sicilides & peperere decus.
Francorũ pietas regum iam protinus vrbes
Huic tribuit, regeret quas bene marte ſuo.
Et patres quoniam ſimiles producere natos
Moribus & facie, candida fata ſinunt:
Occurrens legum tenebris Accurſius exit
Ex illo: puerum docta Minerua fouet.
Fertile pectus habẽs, forma ſpectandus vbiq;
Pegaſides docto ſerta dedere viro.
Hungarus & Venetus cernũt hũc ore diſertũ,
Gallus legatum rex vocat arte ſuum.
Huicq; reuertẽti, qua ſuſtinet Adria Tethym,
Munera traduntur non referenda manu.
Iudiciũ rexit maius (cernit Prouincia) longo
Tempore. & hoc vixit ſanctius orbe nihil.
Cuius fit tandem præſes, pariterq; Tholoſæ
Quum moritur, natum rite ſenatus habet.
Inter opes varias, cupidè viſendo Ioannes
Repperit hoc, gaudẽs, grãde parentis opus.
Eſt quia virtutis locuples, & iuris amator,
Hoc legit, & proprio collocat vſq; ſinu.
Pallade cum docta Phœbus donauerat artes
Huic quia, conſeruat ſemina docta patrum.
Tabida ne valeat extinguere pulchra vetuſtas,
Hæc nitidis voluit ſcripta ferenda typis.
Cuncta ſub hoc paruo claudũtur iura libello:
Ergo vigil relegas lector, & inde vale.

Index Legum, & Paragraphorum tituli de regulis Iuris, in hoc volumine enodatorum.

Abſentia eius. 375
Actus legitimi. 166
Ad ea quæ non. 394
Semper qui dolo. 395
In contractibus. 335
Aliud eſt vendere. 278
Refertur ad. 279
Abſurdum eſt. 290
Alterius circumuentio. 62
Bona fides non patitur. 70
Bona fides tantum. 372
Capienda occaſio. 308
Quod factum eſt. 310
Conſilij non fraudulenti. 60
Socij mei ſocius. 62
Contractus quidam. 19
Creditor, qui. 276
Cui ius eſt. 297
Cuius effectus. 383
Cuius per errorem. 64
Culpa caret. 63
Culpa eſt immiſcere. 55
Cum amplius ſolutum. 174
Cum par delictum. 388
Illi permitti. 389
Cum prætor 365
Cum principalis. 325
Cum quis poſsit. 298
Cum ſeruis nulla. 257
Cum tempus in teſtamento. 16
Diuus Pius reſcripſit. 28
Domum ſuam vnicuiq;. 74
Donari videtur. 173
Ea eſt natura cauill. 77
Ea quæ dari. 372
Ea quæ in partes. 347
In re dubia. 348
Ea quæ raro accidunt. 76
Ea ſola deportationis. 237
Eius eſt nolle. 7
Et ſi nihil. 337
Ex pœnalibus cauſis 71
Expreſſa nocent. 351
Ex qua perſona. 383
Factum à iudice. 306
Factum cuiq; ſuum. 390
Non videtur vim. 390
In pœnalibus. 391
Fauorabiliores. 362
Ferè in omnibus. 255
Ferè quibuſcunq;. 387
Filiusfamilias neque. 233
Fœminæ ab omnibus. 5
Item impuberes. 6
Fraudis interpretatio. 169
Fructus rei eſt. 113
Furioſi vel eius. 42
Generaliter cum de. 169
Hæredem eiuſdem poteſtatis. 72
Hæreditas nil aliud. 75
Hoc iure vtimur. 385
Deiecit & qui. 385
Id quod noſtrum. 13
Imaginaria venditio. 15
Imperitia, culpæ. 369
In ambiguis orationibus. 236
In ambiguis, pro dotibus. 178
Non eſt nouum. 194
Quoties æquitatem. 195
In condemnatione. 313
Cum verbum 315
Vnicuiq; ſua. 316
Dolo facit. 317
In contrahenda. 315
In eo quod plus. 258

GVLIELMI MAYNERII IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS CLARISSIMI, CONSILIARII

Regij, in Titulum de Regulis Iuris, (totius ciuilis prudentiæ ſummam) Tractatus, ſeu Repetitiones feliciter incipiunt: quos qui exactè relegerit, ipſius Iuris Ciuilis nodos plures ſolutos perſpiciet, antea à nullo Iureconſultorum, præ difficultate, tentatos.

Summæ Rubricæ.

1 ☞Vltimò traditis magis inhærendũ, vt quæ doctrinæ ac memoriæ magis conferant.
2 Rubricæ cõtinuatio an ſit neceſſaria, quid'ue operetur?
3 Nouum nõ eſſe, ſi antepoſitis ſpecialibus quibuſdam, iiſq; declaratis, generalem clauſulam ſubijcere quis velit.
4 Titulus de regulis iuris, conſtitutiuus'ne ſit, an iuris prius conſtituti indicatiuus?
5 Clauſulam generalem vtrũ præcedere expediat, an verò ſpeciatim deducta ſubſequi?
6 Vltimo loco poſita, dictaq; , tenacius memoriæ inhærere.
7 Nouiſsimè factum, ilico procedit.
8 Regulam ius non conſtituere, quin à iure iam conſtituto eam detrahi, iuſq; ſequi.
9 Clauſula generalis quando præcedere, & quando ſequi debeat. & nume. 12. 13. & 15.
10 Principiorum error quàm grauis. & nume. 11.
16 Clauſula narratiua debet ſequi.
17 Regularu verbum abbreuiatum Bald. dici.

De Regulis Iuris.

CV'M Iam publicè legẽdi muneri faciẽs ſatis, per annos aliquot diuerſa iuris ciuilis latebras peruoluiſſem, vltimam eius partẽ, quæ velut meta finalis ſummã iuris obtinet, attingere operæpretium fore exiſtimaui: ne ſi fortè nouiſsima huiuſmodi, quibus prioribus ſæpe detractum iri videmus. l. pacta. C. de pactis. & c. j. de reſcrip. negligerẽtur, meliora neglexiſſe videremur.
1 Vltimò † nempe traditis eſſe inhærendum docet Bal. in l. quidam. verſi. tertio caſu. C. de iure delib. & in ſuo conſilio ſchiſmatis. col. penul. cui aſſipulatur Inno. in c. ne innitaris. de cõſti. gl. in c. prædicator. xvj. q. j. & in c. ſi ſentẽ. xj. q. iij. Hæc fuit ſen-

Lugduni ſumptibus Antonii
Vincentii Dionyſius de
Harſy excudebat.